



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ordinis || Praemon-||stratensis || Chronicon

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1613

Regis Armeniae, Postea Ordinis Praemonstratensis Canonici, Ex Diversis autoribus collecta, praecipuè autem ex libro eiusdem consanguinei Haytonis quoque nominati, qui Tartarorum historiam conscripsit. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64313)

VITA VENERABILIS

HAYTONIS

REGIS ARMENIAE, PO-

STEA ORDINIS PRAEMONSTRA-

TENSIS CANONICI, EX DIVERSIS

autoribus collecta, praecipue autem ex libro

eiusdem consanguinei HAYTONIS quoque

nominati, qui Tartarorum hi-

storiam conscri-

psit.

CAPVT I.



O tempore, quo Clemens quartus supremum Ecclesiae regimen administra-
bat, & S. Ludouicus in Gallia, Mango Cham in Tartaria regnabant, ve-
nerabilis HAYTO quoque Armenis imperabat, Dei in primis & orthodoxae re-
ligionis eximius amator, acerrimusque hostium Ecclesiae impugnator. Quo vi-
uente accidit, vt Mango Cham Tartarorum Imperator vniuersam sibi Syriam
subiugaret, multasque alias regiones vs-
que ad ipsam Turciam. Quod cum Rex

Q 2

Armeniae

Armeniæ intelligeret, considerata virium suarum imbecillitate, se nimirum tanto hosti resistere non posse, futuris prudenter prospicere volebat, & mox omni postposita mora cogitare cœpit, quomodo sibi regnoque suo salubriter consuleret.

Talia cogitanti hoc sibi potissimum faciendum putabat, vt ad Imperatorem Tartarorum personaliter se conferret, & cum eo pacis fœdera certis conditionibus interpositis iniret, quod & factum est. Nā cū itinere se accingeret, maxima munera secum adferre volebat, quibus Tartarum tantò facilius ad suam sententiam inclinaret. Sed neque hæc ipsa sola causa alatorum donorum, & personalis visitationis fuerat: alia multò religiosior sublatibat: Nempè vt eum vnà cum omnibus sibi subiectis ad veri Dei cultum & fidei Catholicæ amplexum adducere posset. Quæ omnia gratia Dei cooperante, ex voto euenere. Verùm hæc Hayto consanguineus ipsius, libr. citat. cap. 23. ex quibus hæc transsumpsimus, fusius prosequitur.